εἶπον (εἰπόν). Imperativi formam εἰπόν esse tradidit Aelius 90 Dionysius ap Eust β 85 (p 82 Bas), quam O VI 92 recepit Boeckh obloquente Philippo Buttmann Plat diall quatt⁵ p 70—73 (cf Boeckh kl Schr V 382). Libri nostri fere conspirant in εἶπον non solum Pind l l, sed etiam Arist eccl 256, Sim fr 154 B⁴, Men fr 891 K (Herodn I 460, 22. 779, 14 L, Choerob 125, 13. 139, 15. 242, 33 Hlg), Theocr 14, 11. Qui ad normam imperativi εἰπέ flagitant εἰπόν (EM 302, 26), Syracusanis quae perhibentur imperativis λάβον, θίγον, ἀνελον redarguuntur. Ceterum nihil profecto obstat, quin εἶπον priori q v aoristo adscribamus cll O VIII 46, N IX 33.

(ἐ)σπέσθαι. Ex quo Bekker in altera Homeri editione 91 (cf Hom Bl I 56 n) formas ἐσποίμην, ἐσπέσθαι, ἐσπόμενος nulla fere mutatione expulit ex epica poesi, exstiterunt qui ultro istas reduplicaciones q v invehendas esse arbitrarentur (La Roche ad II E 423, Leeuwen Mnemos 13, 1885, 193 ss, Enchir dict ep 371) aliquatenus praesunte ut videtur (cll schol K 246 cum schol A 158) Aristarcho. Atque Alexandrinis quidem grammaticis formas illas probatas fuisse luculentissimus testis est Apoll Rhod Γ 35. 615, Δ 434. 1607. Apud Pindarum formae istae quater traditae inveniuntur: ἐσποίτο O IX 83 (ἐπ. MN), ἐσπόμενοι O X 78 BMV (ἐπ. ACDENB⁴), I V 36 B (ἐπ. D), ἐσπητ(αι) O VIII 11 GNQU, ἐσπετ[ο] ABCE⁴MV, ἐ]σποι[τ' D⁴⁴; ter per coniecturam illatae: a Moschopulo P X 17, a Pauwio I VI 17, a Christio P IV 40. Sed ut mittamus hoc loco coniecturas: O IX 83 praes temp ad sententiam multo accommodatius, neque offensionem est prima syllaba correpta in metro aeolico (cf eiusdem carm v 58 a brevi syllaba incipientem). O X 78 ἐσπόμενοι metro flagitatur. I V 36 πρᾶθον ἐ(σ)πόμενοι ex

ἔπραθον σπόμενοι depravatam esse probabiliter coniecit Bergk¹; cf § 89. Denique O VIII 11 modum coniunctivum esse necessarium (quae est Breyeri sententia anal Pindd Vrat 1880, 25) vix quisquam contendat cll I V 8, N XI 14. Quae cum ita sint, utrum veram illae formae referant an falsam prae se ferant antiquitatem, equidem eo minus dubito, quod ceterorum poetarum antiquiorum carmina praecleara illa aerugine omnino carent [ἘΠΕΟ Bacch XI 115 est mod indicativus] atque in iunctis formis (μετασπόμενος N 567, ἐπισπόμενον N 495, ἐπισπέσθαι Ξ 521) ne Homerici quidem libri reduplicacionis istius ullum vestigium retinuerunt. Indicativus ἐπέσπον(ο) P IV 133 usu Homericō (ἐπέσπον) satis videtur stabiliri. Expectandum igitur erit La Rochii, dum μετασπεόμενος μεθεσπόμενος, ἐέσποντο εἴσποντο e lacu quodam Aegyptiaco reviviscant.

92 ἔπετον : ἔπεσον. Stirpem πετ- in aor II act et in fut med apud Homerum in πεσ- abisse vulgo putant, apud Lesbios (ἔπετον Alc 60) et apud Dorienses perstitisse constat. Pindari libri quod modo πετ- exhibent: O VII 69 πετοῖσαι : πεσοῖσαι AN^{ae}, VIII 38 κάπετον : κάππεσον N, P V 50 πετόντεσσιν : πεσσόντεσσι C, VIII 81 ἔμπετες, N IV 41 πετοῖσαν, modo πεσ-: O X 98 ἀμφέπεσον, XII 10 ἔπεσ(σ)εν, P II 41 πεσών, VIII 21 ἔπεσ(σ)ε (οὐχι ἔπετε gl P), N VI 51 ἔμπεσ(ε) [corruptum], VII 31 πέσε, I III + IV 41 πέσεν, VIII 6 πέσωμεν, N VII 73 ἔμπεσεῖν, I III + IV 69 συμπεσεῖν, quam ratione factum sit, adhuc nemo probavit. Tycho enim Mommsen (adn suppl 122) poetam nisi cum famoso illo sigmatis horrore prohibeatur, ad πεσ- delabi, Herwerden (studd Pind 27) in participio eum, praesertim ἐν Αἰολίδεσσι χορδαῖς (P II), πετ- retinere putat. Sed ne quid dicam gravius, Mommseno refragantur κάπετον, πετόντεσσιν, συμπεσεῖν, Herwerdeno κάπετον et ἔμπετες indicativi, πεσών (P II) participium. In vocibus rarioribus aut dialectica forma insignibus (κάπετον, ἔμπετες, πετοῖσαν, -οῖσαι, -όντεσσι) propter felicem quandam librorum inscitiam quamquam genuinum πετ- fere conservatum esse videtur, corrigendi tamen locos dissentientes periculum aliis permisimus.

98 In verbi genere observando Pindarum id tenuisse, ne medium sua vi unquam careret, recte contra Carolum Friederichs contendit Osk Erdmann de P usu synt Halis 1867, 53—54: δαίονται P III 81 (δαίοντι Ty Mommsen), τέμενος ἔσσεσθαι P IV 204, ἀνδριάντα καθέσσεσθαι V 42, κρηπίδα βαλέσθαι P IV 138,

VII 3, κᾶδος θήκασθαι IV 113. Quid vero quod non raro utitur activo, ubi tu attico usu assuetus medium exspectaveris: δρέπειν· ἀντί τοῦ δρέπεσθαι passim, ἐδώρησαν (κάρυκα· ἀντί τοῦ ἐδώρησαντο τῷ κήρυκι schol) O VI 78, ἐπαγγέλλοντι (-νται paraphr) P IV 31, ἐπέδειξεν N XI 14, idem fortasse (libris c paraphr medium praesortantibus) P IV 253, ἀναδῆσαι κόμαν P X 40, τρέψαι O IX 72, κομίζειν O XIII 59, P IV 106, N II 19, ἀγκομίσαι (-μίσαιθ' libri) P IV 9, φέρειν P VIII 38, ἐκκαλεῖν N I 60, κεφαλᾶς βαλεῖν (ἀπώσασθαι paraphr) O I 58, ἔρριψε (ἀπεσεΐσατο) I VII 44. Ὑπερ δ' εἶν ἐν πόντῳ βάλεν ἀλικίαν cum paraphr edere non dubitavi P I 74 cll πρύμναις Τήλεφος ἔμβαλεν O IX 72, ἐπὶ χώρας αὐτίς ἔσσαι P IV 273. Nec mihi persuasit Hermannus τὰ καλὰ ἔργα dicens εὐρέσθαι ἄποινα μόχθων κλυταῖς ἐπέων ἀοίδαῖς N VII 16. Denique de eorum sententia qui θήγονται ἀθάνατον P IX 63 aut θέσαντο N V 10 ad verbum τίθημι revocant quid nobis iudicandum sit sponte apparet. De medio q v dynamico ad I I 59.

De iteratis apud Pindarum nuper multi multa nugati 94 sunt, quae cum oculis potius quam auribus aut fastidiosis atque insanis potius auribus quam graecis observantur refellere nihil attinet. Sed de sonis quibusdam aut vocibus brevi intervallo iteratis gravissima est quaestio, ad quam absolvendam solido libello opus esse recte dixit Car Lehrs (Aristarch⁹ 478), qui et hominum mores et iteratorum genera strenue distinguenda esse primus docuit. 'De verborum ap Pind collocatione' nonnulla sobrie observavit Paulus Harre (Berol 1867), 'de Pindari nomina variandi (imprimis nomina propria dicit) studio' acute disseruit Car Ritter diss Argentorr IX 1885, 239 ss, de appellativis iteratis idem ibidem 282. 289. Rectissime vero *the Greeks have not our dread of repetition* Gildersleeve Pind p 250. 347 (ad P I 78—80, IX 112—114), unde δευτέρῳ : δεύτατα O I 43. 50, μεταβάλλοντας : βαίνων P I 52. 55, ἀκοά : ἀκοάν 84. 90, δέκονται : δέδεκται 98. 100, ἴερα : ἱεράν IV 5. 6, ταχέες : θασσον (ταχέως : θασσον merito vituperavit Ty Mommsen) 179. 181, γίνεται : γένηται 273. 74, ἐριβρόμου : ἐριβρόμου VI 3. 11, νόψ : νόψ 47. 51, μίγεν : συνέμειξαν IX 68. 72, χρόνψ : χρονίψ XI 32. 36, φέρειν : φέρειν N III 28. 30, ἴλου πόλιν : Πριάμου πόλιν VII 30. 35, ἀνδρῶν : ἀνδρῶν VIII 41. 42, ἐν Ἄρει — ἐν Διὸς ἄμβρω I V 48. 49, ἀπὸ παγκρατίου — ἀπ' Ἴεθμοῦ I VI 60. 61 alia si non forte temere, at ab imprudente certe poeta secundum eam naturae nostrae legem qua quae diu latuerint semel evocata sponte iterum se offerant admissa esse facile con-

cedas. Sunt tamen quæ ad certas quasdam artis sive poeticae sive rhetoricae leges revocanda esse videantur, velut πατρίαν: πάτριω P VI 45. 46, κλεινότερον γάμον: ἰκύντατον γάμον IX 112. 114, ἀπαγέσθαι: ἄγεν 119. 123, γλυκὺν ἑλὼν βίοντον: ἔξαιρετον ἔλε μόχθον II 26. 30, κάμον: καμόντων I 78. 83, νομίζων ἐν Πανελλάνων νόμῳ I II 38. Sed hæc quidem hæcenus. Plura circumspicienti imprimis audiendus est Diels Parmen (1897) 23.

De casibus eisdem in eodem enuntiato repetitis sunt quæ nondum ea qua par est diligentia observata esse videantur.

- 95 Ac genetivi quidem duplicis alterius ab altero pendentis, velut ὑπὸ Κυλλάνας ὀρέων quod edidimus O VI 77, exempla collegerunt Car Bossler de præp ap P usu (Darmstadt 1862) 76 n et Osk Erdmann de P usu synt (Halis Sax 1867) 27; quibus adde locum coniecturis frustra temptatum θεσπεσία δ' ἐπέων καύχας ἀοιδά i e ὕμνος θεσπέσια ἔπη (I III+IV 57) κομπῶν N IX 7. Alia ratio est eorum genetivorum qui tamquam ἀπὸ κοινοῦ ad idem nomen regens pertinent: κλαῖδες Πειθοῦς φιλοτάτων P IX 39, ἐν βάσσαις Κρονίου Πέλοπος O III 23, Νείλοιο πρὸς πῖον τέμενος Κρονίδα P IV 56, νεόκτιστον λίθων βωμοῖο θέναρ 206, quibus collatis et βροτῶν πείρας θανάτου tueare O II 30 et Κυράνας γλυκὺν ἀμφὶ κάπον Ἀφροδίτας restituas P V 24.
- 96 Dativos iteratos recensuit Erdmann 29. Omisit exemplum notatu dignissimum προξενία δ' ἀρετῆ τ' ἦλθον τιμασρός Ἴσθμιαίσι Λαμπρομάχου μίτρας O IX 83, ubi virgula post τιμασρός inserta sententiae vim et proprietatem pessumdant: 'hospitium virtutemque honorans Isthmias Lampromachi taenias honoratum eo'.
- 97 Venio ad nominativos similem in modum duplicatos: τό (scilicet τὸ κοιλόπεδον νάπος) σφ' ἔχει κυπαρίσσινον μέλαθρον P V 39, latine: 'vallis continet armamenta illa thesauro cupressino', vel 'in valle continet thesaurus'. Quid quod duos diversi numeri copulatos invenimus nominativos? ὕμνοι ... ἀρχὰ τέλλεται O XI 4 atque audacius etiam φάτις ... ἔξαπατῶντι μῦθοι O I 28: *und manches fälscht wohl auch der Menschen Rede in Märchengestalt weit über die Wahrheit mit schillernden Lügen geeiert*; nec tamen insolentius hoc quam τὰ δ' αἵματ' ἐκποθένθ' ὑπὸ χθονὸς τροφοῦ τίτας φόνος πέπηγεν οὐ διαρρῦδαν Aesch choeph 66 aut τὸ δὲ καταστέγασμα τῆς ὀροφῆς ἄλλος ἐπίκειται λίθος Herod II 155.
- 98 Accusativi duplicis is usus est tritissimus, quo duo obiecta, καθ' ὄλον καὶ κατὰ μέρος, personale reale, externum internum copulari dicuntur; in quibus quam facile falsa quaedam appositionis

species exoriatur intelleges O VII 16, P IX 4, I III 7, III+IV 61—2 inter se collatis. Duos accusativos locales habes δόμους ... ἤλθε τὸν πυροφόρον Λιβύαν I III+IV 70. Immerito offendunt in structura elegantissime variata ἐκράτησε δὲ καὶ ποθ' Ἑλλανα στρατὸν Πυθῶνι, τύχη τε μολῶν Καὶ τὸν Ἴσθμοὶ καὶ Νεμέα στέφανον N X 25. Notabilis videtur locus a Meinekio felicissime restitutus διὰ γαίαν ... δακκάμενοι ... μοίρας O VII 75. Singulare est casu magis, opinor, quam propter sermonis graeci naturam οὐδέ νῦν ποτε φόβος ἔπαυσε ἀκμὰν φρενῶν N III 39. Neque audacius εὐδίαν δε μετὰ χειμέριον ὄμβρον τεὰν καταθύσσει μάκαιραν ἐστὶαν ἰσχυρὰν videbuntur P V 10 εἰ παραίθυσε θόρυβον O X 73 et κῆτον καταθύσσει (κομὰν πλόκαμοι) P IV 83. Tum ἔνθα νῦν ... θεὸν δέκονται N V 38 eadem θεὸν δέκονται (hymnis scilicet vocativis sive reductoris; cf Welcker ap Dissen expll 399) artius coniungere quam εἰ exemplis epicis, ut Hermann et Dissen, aut Pindaricis ὁ δὲ ... Ζεὺς ἀθανάτων βασιλεὺς, ὁ δὲ ... Διὸς ἀλκιμος υἱὸς appositionem statuere malim. In nominum genere parum exaequato ne offendas τόδε ... ὁδὸν N VII 50 (cl Pauwii emendatione ταῦτα ... ὁδὸν N VI 53), recordere ἄν (ἄταν) ... λίθον O I 58, ἄν τε (νεφέλαν) δόλον P II 39; quem item ad generis diversitatem referunt locum N V 43 μεταίξαντα (scilicet) ... μάτρως ἀγάλλει ... ἔθνος ita potius enodaverim, ut μεταίξαντα Πυθέαν ἀγάλλων ἔθνος Αἰακιδᾶν ἀγάλλει exponendum esse dicam. De P I 67, V 98, N XI 11, I II 12, V 46, VII 22 dixi in notis criticis.

Adiectivorum quorundam fem gen accusativos, velut γλυκυτέραν (κλείειν si ficto vocabulo uti licet) κλείειν O I 109, ἄλλαν ἐπ' ἄλλα (εὐτυχίαν) εὐτυχέων VII 82, τρεῖς (στεφανώσεις) στεφανωσάμενος N VI 20, recte interpretabere, si non solum ἐχχάτιαν στείχειν, verum etiam θερείαις (*πλεύσεις) I II 41, γυιόδαμιας (παγκρατίου μηχαναῖς § 85) V 59, δαιμονία (τύχη) O IX 110 contuleris Hauptio (opp II 300), Wilamowitzio (ad Eur Herc 681), Usenero (Götternamen 374) auctoribus.

Pindaro Musarum sacerdoti Apollineo ab Ionum levitate quam 100 maxime abhorrenti, παλαιὸν μὲν οἶνον, ἄνθεα δ' ὕμνων νεωτέρων laudanti formulas epicas parum gratas fuisse consentaneum est. Quid quod lyrici ille poetae ius ac libertatem tam acriter tutatus est, ut tritis illis locutionibus rarissime adhibitis (velut δυσμενῶν ἀνδρῶν, κλέος ἐκλόν, ὑπὸ κεύθεσι γαίας, ἐπὶ ῥήγμινι, λιπαρῶ γήραι, πολέμοιο νέφος) memorias Homericas pro virili parte obliterare studeret vocabula aut novando aut novum in modum inter se iungendo, ἔσσομένοισιν αἰοιδῆ : λοιποῖς ἀθύρειν, (οὐ) κατὰ μοῖραν : κατὰ (μὴ

παρὰ) καιρόν, θεσπεσία : δαιμονία, νεφεληγερέτης : ὄρσινεφής et πολυνεφέλας, τέλος θανάτοιο κιχάνω : θανάτου πέρας νέομαι, ὄψεαι ἦν ἐθέλησθα καὶ αἶ κέν τοι τὰ μεμήλη : ὤστ' ἔμφροσι δεῖξαι (O IX 74) ubi v nott cr. Denique ἀμφοτέρων μάντις (vel βασιλεύς) τ' ἀγαθὸς κρατερός τ' αἰχμητής : ἀμφοτέρων μάντιν τ' ἀγαθόν (Adrasti vox quaedam antiquitus tradita laudatur) καὶ δουρὶ μάρνασθαι propterea afferro quod fuere qui inconcinnitatem Cornelio Tacito non indignam καὶ δουρὶ μάχεσθαι (scil ἀγαθός) iam epico poetae imputarent; similia his tetigi Zeitschr Gymnasialw 1885 Jahresbb XI 342². Absurdum scholiastae Aesch Prom 351 commentum e Pind P I 16—17 versum Hesiodaeum effingentis exposit Wilh Schulze qu epp 154, 1. Denique notatu dignum videtur Pindarum et vocabula compingendi audacia et coloris epici patientia a Bacchylide superari.

III

DE FASTIS PANHELLENICIS

Olympiades numerantur ab anno a Chr n 776 (Euseb chron I 194, II 79 S, S Iulius Afr 3 R). Quinto quoque anno ludos per quinque dies circa plenilunium celebratos esse Pindarus ipse testatur*). De anni tempore tria in scholiis Pindaricis exstant testimonia. Quorum primum habes schol Ambr O III 35: διχόμησις· διχόμησις <ὅτι add Drachmann> περὶ τὴν 15' πανσελήνου (-νης A) οὐσης ἄγεται τὰ Ὀλύμπια, τουτέστι νομηνία Παρθενίου (παρθν) ἢ Ἀπολλωνίου (ἀπολλῶ) μηνός (μὴν A), παρ' Αἰγυπτίοις Θῶθ ἢ Μεσσηνίων (-ίων A). Parthenius et Apollonius quibus mensibus atticis respondeant ignoramus; id constat mensium ordinem esse inversum, nam Μεσσηνί, sive de Aegyptiorum vago qui vocatur anno cogitas, sive — quod fortasse praestat — de fastis Alexandrinis, alterum illum mensem antecedit. Sed videamus alterum testimonium, scholl Vatt O III 35: γίνεται δὲ ὁ ἀγὼν ποτὲ μὲν διὰ τεσσαράκοντα ἐννέα μηνῶν, ποτὲ δὲ διὰ πενήκοντα, ὅθεν καὶ ποτὲ μὲν τῷ Ἀπολλωνίῳ μηνί, ποτὲ δὲ τῷ Παρθενίῳ ἐπιτελεῖται. Et diem XVI et menses L confirmat Bacchylides

*) πενταετηρίδα O III 21, διχόμησις — Μῆνα 19, πεμπαμέροις ἀμίλιας O V 6; cf Paus V 9. 3, schol Pind O III 33, V 8. 14.

(᾽Ω λιπαρὰ θύγατερ Χρόνου τε καὶ Νυκτός, ἐὲν πεντήκοντα μ[ήνες?] ἑκκαίδεκάταν ἐν ᾽Ολυμπίᾳ ... VII 1, Jebb ap Kenyonem, de Wilamowitz GGA 1898, 130). Tertium est testimonium reconditionis doctrinae plenum (ap schol Ambr O III 33): περὶ τοῦ χρόνου, καθ' ὃν ἄγεται τὰ ᾽Ολύμπια καθ' ἑκάστην ᾽Ολυμπιάδα, καὶ Κώμαρχος (Maur Schmidt Philol I 644, de Wilamowitz ind Gott 1889/90 p 10, κωμ A) ὁ τὰ περὶ Ἡλείων (Boeckh, περικλείων A) συντάξας (Boeckh, συγκατάξας A) φησὶν οὕτως· πρῶτον μὲν οὖν παντὸς περιόδου συνέθηκαν (Aug Mommsen Zeit d Ol 1891, 8, -κεν A) β[ε]κ[α]β' ἡμερῶν (ἐν τῇ ἡμέρᾳ A)*), ἄρχειν (ἦς ἄρχειν Aug Mommsen I c, ὡν ἄρχειν Unger Zeitrechn² 1892, 773) νομηγίαν μηνός, δε Βωθύσιος (?), Θωκυθιάς A, Διόσθεος Boeckh [= Zeus Stürmer Usener Göttern 43. 70], Θῦος ἢ Θυῖος Latschew ap Ern Bischoff Leipz Stud VII 347) ἐν Ἡλιδι ὀνομάζεται, περὶ ὃν***) τροπαι ἡλίου γίνονται χειμεριναί. καὶ τ<ὰ μὲν> πρῶτα****) (καὶ πᾶ A) ᾽Ολύμπια ἄγεται ἢ μηνί, <τὰ δὲ δευτέρα θ' μηνί.†)> ἐνός δὲ ὄντος διαφερόντων (corrupta) τῇ ὥρᾳ, τὰ μὲν ἀρχομένης (ἀρχομῆν A, ἀρχομένης primus scripsit Aug Mommsen I c 15, ἀρχόμενα vulgo sec apogr Red) τῆς ὀπώρας, τὰ δὲ ὑπ' αὐτὸν τὸν ἀρκτούρον. ὅτι δὲ <πανσελήνῃ> (καὶ A, compendio aliquo male intellecto?) ἄγεται ὁ ἀγών, καὶ αὐτὸς ὁ Πίνδαρος μαρτυρεῖ. Quae singillatim persequi non est huius loci; id sponte intellegitur duabus rationibus definiri tempus Olym-

*) Cf quae Geminus (ex Eratosth de octaeter sumpta quae videntur) tradit (Isagog Phaenom VIII 27 Manit): πρῶτην δὲ συνεστήσαντο (οἱ ἀρχαῖοι scil) τὴν περίουον τῆς ὀκταετηρίδος, ἥτις περιέχει μὲν μῆνας 96', ἐν οἷς ἐμβολίμους γ, ἡμέρας δὲ β[ε]κ[α]β', ἔτη δὲ ἡ. Subtilioris illius CLX (i e vicies octonorum) aut CLII (i e octies undevicenorum) annorum periodi usum antiquiori quidem aetati vix recte quisquam imputabit. Prisci enim Graeci id potissimum spectantes, ut menses cum Lunae cursu congruerent, hic illic diem intercalare ac saeculis aliquot peractis anni tempora corrigentes hic illic mensem non intercalare videntur satis habuisse. De tumultuaria quadam intercalandi ratione cf etiam Br Keil Herm 29 (1894) 342 ss.

**) Coniciat quispiam περὶ ἦν (scil νομηγίαν), ut planius significetur postbrumale si non anni, at certe octaeteridis Eleae initium. Nam si περὶ ὃν interpretabere quem in mensem incidat bruma', non solum earum periodorum, quae postsolstitiale habent initium, similitudo relinquenda, sed etiam ad decimum (pro octavo <aut nono> Comarchi) mensem descendere necesse erit, ut et Alexandrinorum mensem Thoth et Arcturi ortum (utique post Id Sept ponendum; cf Ideler Handb I 247, Aug Mommsen I c 13) Olympia attingant.

***) Cf dei δὲ τὸ πρότερον δεύτερον ποιεῖν καὶ τὸ δεύτερον πρῶτον schol O III 33 § 1.

†) Si quis πᾶ intellegere malit πᾶλαι vel πάντως, 'octavum mensem' pro nomine proprio accipiat; cetera quomodo expediat ipse videat.

piorum, primum lunari, deinde (a Comarcho, ut nihil decernam de eo, qui Mesori et Thoth menses attulit) solari aut siderea quam vocant. Iam siquidem (sec Geminum VIII 33 Manit) τοὺς ἐμβολίμους μῆνας ἔταξαν ἀγεσθαι ἐν τῷ τρίτῳ ἔτει καὶ πέμπτῳ καὶ ὀγδόῳ, δύο μὲν μῆνας μεταξύ δύο ἐτῶν πιπτόντων, ἕνα δὲ μεταξύ ἐνός ἐνιαυτοῦ ἀγομένου*), intercalari mense post sextum, ut assolet, anni vulgaris mensem inserto, cuiuscuiusque octaeteridis priorem olympiadem ab antecedenti mensium XLIX, ab insequenti mensium L spatio fuisse disiunctam, ac priorem (eamque imparibus numeris numeratam) in alterum, posteriorem (eamque paribus) in tertium a solstitio plenilunium incidisse consentaneum est.**)

Ultima Comarchi verba (τὰ μὲν ἀρχομένης τῆς ὀπώρας, τὰ δὲ ὑπ' αὐτὸν τὸν ἀρκτοῦρον) non ad singulas octaeterides, sed ad spatia longe maiora referantur propterea est necesse, quod pleniluniis Olympia obtemperant.

Quarto testimonio (schol Plat Phaedr 236^b), quod emendavit Unger***) scribens τὰ Ὀλύμπια καὶ ἀγῶν πενταετηρικὸς μεταγεινιῶνος (Μουνηχιῶνος vulgo) μηνὸς ἤγετο τῷ Δίῳ, aut prioris tantum olympiadis, aut frequentius Olympiorum tempus secundum recentiores fastos atticos circumscribitur.

'Mensis Olympici' (IGA 116, 11. 119, 2) qui Eleorum fastorum octavus fuisse et fastorum nescio quorum mensibus aut Apollonio aut Parthenio respondisse traditur, nomen proprium si quod fuit ignoratur. Quae utcumque se habent, verissime videtur Boeckhius coniecisse (a 1818, kl Schr V 198) omnes mercatus panhellenicos prisca illa octo annorum periodo fuisse constitutos. Quam ad periodum etiam Pythiorum origines et 47. et 49. olympiadi adsignatas pertinere cum olim negasset vir egregius, post recte videtur perspexisse (vide Eichholtzii notulam V 199). Pythicae enim octaeteridis etiam ab Atheniensibus diu religiose observatae nunc gravissimum habemus testimonium CIA II 2 nr 985 p 432 (cf Aug Mommsen Delph 125, ap Bursianum 1886° 317).

Bergk⁴ p 12

"Pythiades quando exordium ceperint, non satis constat: nam iam veteres inter se dissentiant: auctor annalium Pariorum

*) Verbis μεταξύ πίπτειν et μεταξύ ἀγεσθαι temporis intervalla significari videntur, nullo sane discrimine; nisi forte ἀγομένου corrigendum est.

**) Cf Henr Nissen Rhein Mus 40 (1885) 351. De Olympiis apud rerum scriptores obvis vide imprimis Augustum Mommsen l c 54—100.

***) qui primus nostra aetate quaestionem de Olympiorum tempore aggressus est Phil 33 (1874) 229.

dicit archonte Athenis Simone ol 47, 3 vel ol 47, 2 ἀγώνα χρηματίτην instauratum esse, postea archonte Damasia (Δαμασίου τοῦ δευτέρου) ol 49, 3 στεφανίτην ἀγώνα institutum esse: ab utro certamine pythiades computandae sint, non addit. Contra Pausanias (X 7, 3) dicit ol 48, 3 primum ἀγώνα χρηματίτην, deinde quadriennio post στεφανίτην actum esse, et ab ol 48, 3 iam pythiadas computat. Scholiastae denique Pindari quae de originibus solennitatis memoriae prodiderunt, fere consentiunt cum annalibus Parisi, nam χρηματίτην ἀγώνα tradunt archonte Simonide vel Simone, sex (vel etiam pluribus) annis post institutum esse, στεφανίτην archonte Damasia*): singulas autem pythiadas quando cum olympiadibus componunt, ordiuntur ab ol 49, 3, qui annus haud dubie est Damasiae archontis, quo anno primum στεφανίτης ἀγών Bergk⁴ p 13 actus est. Iam Boeckh**) uni Pausaniae fidem habendam esse censet, neque tamen numeros corrigendos esse in scholiis Pindaricis, sed errasse veteres interpretes in comparandis olympiadibus et pythiadibus; itaque Boeckh singula pythia carmina Pindari quadriennio prius scripta esse statuit, quam veteres grammatici testificantur. At ipsa quidem carmina scholiastarum rationes potius confirmant, neque reprehendendi, qui pythiadum computationem a ludo coronario ordiebantur, quemadmodum veteres Pindari interpretes, cum Pausanias initium fecerit a certamine aenario, quod illis praeter ordinem celebratum esse visum est. Et Pindari quidem interpretes videntur Aristotelis auctoritatem sequi, unde etiam is, qui annales Paris composuit, pendet: Pausanias autem alium quem auctorem recentiorem secutus est, siquidem alia praeterea memorat, quae in Aristotelis libro nondum poterant prodi. Omnes testes con-

*) „Damasias archon non est diversus a Damasia, quem Paris annales secundum appellant: nam prior ad tempora antiquiora referendus est, ol 85, 2 summo apud Athenienses functus magistratu, vid Dionys Hal antiq III 36.“ [De Damasia altero novum habemus Aristotelis testimonium πολ' Ἀθ ε 13: Σόλωνος ἀποδημήσαντος ἔτι τῆς πόλεως τεταραγμένης, ἐπὶ μὲν ἔτη τέτταρα διήγον ἐν ἡσυχίᾳ· τῷ δὲ πέμπτῳ μετὰ τὴν Σόλωνος ἀρχὴν (590/89) οὐ κατέστησαν ἀρχοντα διὰ τὴν στάσιν, καὶ πάλιν ἔτι πέμπτῳ (586/5) <διὰ> τὴν αὐτὴν αἰτίαν ἀναρχίαν ἐποίησαν. μετὰ δὲ ταῦτα διὰ τῶν αὐτῶν χρόνων (ἰ ἢ πάλιν ἔτι πέμπτῳ, 582/1; Philol 53, 720) Δαμασίου ἀρεθεῖς ἀρχων ἔτη δύο καὶ δύο μῆνας ἤρξεν, ἕως ἐξηλάθη βίᾳ τῆς ἀρχῆς. Quocum optime convenit Marmor Parisum recte intellectum, ut Simonidis annus ΗΗ(Η)ΔΔΠΠΙ + 264 = 591/0 = ol 47, 2, Damasiae ΗΗΗΔΠΠΙΙΙ (sec Seldeni a 1676 lectionem) + 264 = 582/1 = ol 49, 3 evadat. Qui factum esse videatur, ut ol 47 pythias non suo anno (3), sed superiori (2) adscriberetur, infra docui p 50³.]

**) [expl 206. 224, praeunte Wilhelmo de Humboldt, contradicente Bergkio iam a 1859 Philol 14, 184.]

sentiunt Crisa urbe capta exuviis bellicis Amphictionas usos esse ad victores certaminis pythici honorandos, tunc primum ludis gymniciis additis certamini musico, quod antiquo more nono quoque anno indicere soliti erant: sed de tempore huius aerarii certaminis dissentiunt. Item omnes consentiunt coronarium ludum primum institutum esse ol 49, 3 equestri certamine gymniciis ludis et musicis commissionibus addito. Origines certaminis pythici instaurati arcta necessitudine cum belli sacri memoria coniunctae sunt. Iam, quamvis arduum sit opus Graecarum rerum annales restituere, tamen non dubito fidem annalibus Parisiis et Pindari scholiastis habere potius, quam Pausaniae: illi enim Aristotelem locupletissimum auctorem sequuntur. Bellum sacrum diuturnum fuit: nam Crisa urbe post decimum annum excisa*) sex praeterea anni reliquii belli conficiendis consumpti sunt. Exarsit hoc bellum, cuius auctor fuit Solon (vid [Aeschin III 108] Aristotel ap Plut Sol c 11) circa ol 45 1, siquidem Alcmaeon dux copiarum Atheniensium initio belli fuit, non ita multo post cum gentilibus suis in exilium pulsus propter Cylonei sceleris memoriam, cum factionum dissidia graviter agitent Atticam civitatem, quam postquam ol 46, 1; Epimenides**) lustravit, Solon ol 46, 3 leges suas tulit. Iam Crisa urbe capta Bergk* p 14 circa ol 47, 3 celebratus est ἀγών | χρηματίτης.***) Cum fugitivi inuis locis fortiter se defendentes sexto demum anno debellati essent, et non ita multo post iterum instaret pythias ennaeteris†),

*) "Aristotelis auditor Callisthenes (Athen XIII 560 c) δεκαετή πόλεμον testatur, quem Crisa capta compositum esse statuit: quo testimonio nonnulli abusi Amphictionas iam quarto anno hac urbe potitos esse censuerunt" [cf etiam Hugo Landwehr Philol Suppl V 1884, 108, de Wilamowitz Aristot u Ath I 10 ss].

**) [Töpffer Att General 140 ss, Diels Sitzungsber preuss Ak 1891, 388, Rohde Psyche² II 98.]

***) [Quoniam a 590 (ol 47, 3) Athenienses archonte caruisse ex Aristotele cognovimus, quae illo anno facta erant, ad fastorum Atticorum rationem nisi aut superioris aut insequentis archontis nomine definiri non potuisse consentaneum est. Quo factum esse credo, ut Pythia suo anno celebrata perperam superiori anno (arch Simon ol 47, 2) adscribebantur.]

†) "Hypoth Pind Pyth § 2 Boe μετά δὲ χρόνον ἑξαετή καταγωγικῶν τῶν μετὰ τοῦ Ἰππίου τοῦς ὑπολειμμένους τῶν Κίρραίων [ol 49, 1 vel 48, 4], ἐπὶ μὲν Ἀθήνησιν ἀρχοντος Δαμακίου, ἐν δὲ Δελφοῖς Διοδώρου, ὕστερον [ol 49, 3] καὶ στεφανίτην ἔθεντο κατορθώσαντες. Ubi voce ὕστερον designatur biennium [vel triennium], quod post belli exitum ante primum certamen coronarium transactum est." [Quod alter scholiasta (§ 4 Boe) ita interpretatus, ut ἑξαετή χρόνον non solum ad καταγωγικῶν, sed etiam ad ἔθεντο referret, omisso ὕστερον in artius coëgit: καὶ εἶτε ἔκτω μετὰ τὴν Κίρρα ἀλωσιν ἀνεκέρυξαν τῷ θεῷ τὸν στεφανίτην ἐπὶ Διοδώρου μὲν ἀρχοντος Δελφοῖς, Ἀθήνησι δὲ Δαμακίδος. Sed plura

ol 49, 3 coronarium certamen institutum*) et lege sancitum est, ut deinceps Pythia quinto quoque anno agerentur: ab hoc igitur anno iure pythiades computantur. Tenuit hoc Aristoteles in ἀναγραφῇ Πυθιονικῶν, quem sequuntur veteres Pindari interpretes. Alii vero, ut pythiadum origines altius repeterent, ordiuntur a certamine aerario, idque pro arbitrio rerum gestarum ordine neglecto ex ol 47, 3 transtulerunt in ol 48, 3, ut inter aerarium et coronarium certamen non ennaeteris, sed pentaeteris esset interiecta. Hanc computationem praeoptavit Pausanias."

Post egregiam Bergkii disputationem paucis ut comprehendam quae de Pythiorum origine pythiadumque initio aut pro certo affirmari aut aliqua cum probabilitate autumari posse videantur: antiquitus Delphis musica certamina acta, tum Cirrhaeorum opibus fractis gymnica addita, postremo curulia instituta simul et coronarum praemia proposita esse inter omnes fere constat. De annis videntur dissentire, nisi quod coronarium certamen ol 49, 3 = 582 Damasia Athenis archonte instauratum esse uno quasi ore profitentur; nam anno 586 commissum esse si quis ex altero argum Pyth scholiasta (v supra p 50 n †) elicere volet, quicumque sunt huius rei testes ad unum omnes habebit repugnantes: Marmoris Parii auctorem, priorem Pindari scholiastam, Pausaniam, denique alterum scholiastam ipsum quoque de Damasiae anno verba facientem. Nec magis probabile gymnicum (idque argentarium) certamen actum esse illo anno 586 (post celeberrimos illos ludos ab Eurylocho Cirrha capta institutos scilicet alterum!), quod qui solus tradit Pausanias ipse unum tantum certamen ante Damasiae annum fuisse paullo splendidius adornatum agnoscit. Sed de anno 586 actum esse iam ne ii quidem negant qui Pausaniae obsecuti alteram pythiadem in ol 49, 3 incidisse putant. Videamus igitur quid de

insunt in hoc scholio (Damasia pro Damasia, Simon pro Simonide, χρηματικὸς pro χρηματῆρας, vicini vexati pro peregrinis qui loca sacra accederent interceptis, ut nihil dicam de Hippia legato ad Cirrhaeorum reliquias coercendas atque perdomandas post ludos indictos editos peractos emisso), quae deteriorem fontem resipiant, ut vix quemquam fore putem, qui aut certamen ab Eurylocho Cirrha capta institutum aut Damasiae annum ad huius grammatici quam ad Aristotelis et Marmoris Parii rationes definire malit.]

*) "Huic eidem anno quo Damasiae Athenis archon fuit adscripsit Demetrius Phalereus septem sapientes (Diog L I 22), non alio opinor usus argumento, quam quod illo anno solis defectum, quem Thales praedixisse ferebatur, accidisse censebat, Eudemi Rhodii ut videtur rationes secutus. Hinc Syncellus solis defectionem, Isthmia et Pythia instaurata, septem sapientes deinceps recenset; nam chronographorum veterum turbas nihil moror." [Euseb chron p 94—95 S, de Wilamowitz Arist u Ath I 11.]

Pausaniae illa 'altera pythiade' (X 7) iudicandum sit. Quam et Bergk et qui eum impugnabat Leop Schmidt (v infra ad inscr P I) ad ancipitem quasi numerandi rationem referebat. Sed cum in tali re ullam obtinuisse ambiguitatem parum probabile sit, Pausaniam crediderim illud δευτέρῃ πυθιάδι ex auctore aliquo rem fusius paullo exponente (v c δτε πάλιν ἐτέθη ὁ Πυθικὸς ἀγών, cl MP ep 38) infeliciter expressisse, tum et quae de superioris pythiadis tempore (ol 48 ἢν Γλαυκίας [Γλύκων Afr] ὁ Κροτωνιάτης ἐνίκησε) et quae de pyth 23 tradit Demareti victoria Olympica (priore videlicet cl VI 10, 4) quinque olympiadibus posteriore (Polemonis opinor Eliacis inspectis) suo Marte addidisse. Itaque cum pro 'certamine denuo instaurato' intellexisset 'certaminum pentetericorum alterum', necessario factum est, ut primos illos ludos gymnicos adscriberet ol 48, 3 pythiadumque chororum quasi ducere iuberet inscius atque invitus fidem abrogans testimonio fide dignissimo schol inscr P III (v infra), qui diligentius quam elegantius rem exponens ab anno 582 (ol 49, 3) pythiades numerari coeptas esse docet.

Qui pythiadum computus quomodo carminum Pindaricorum rationibus confirmetur exponere non est huius loci; sed v quae infra ad carm inscr adnotavimus. De carm P VII Wilamowitz Aristot u Ath II 323.

"Agebantur Pythia tertio quoque olympiadis anno aestate vergente, mense Delphorum Bucatio, quem tituli recens reperti docuerunt secundum mensem anni Delphici fuisse, ut cum Atticorum Metagitnionis sit componendus."*)

Isthmiadum initium ol 49, 4 adscribitur ab Hieronymo, ol 50, 1 ab Eusebio sec vers armeniam (p 94—95 Sch). Verum altius repetendam esse Isthmiorum originem Solinus testis est ludos per Cypselum tyrannum intermissos, a Corinthiis ol 49 sollemnitati pristinae redditos dicens (VII 14 p 57—58 M²); id quod confirmatur Solonis lege (Plut Sol 23), qua Isthmionicis et Olympionicis praemia decernuntur, ut Pythiis antiquiora esse appareat. Illud quidem veri simile, numerandi Isthmiades initium fecisse Corinthios ol 49, 4, i e a prima post libertatem recuperatam Isthmiade celebrata, primo anno post Pythia denuo instaurata.

Tertio quoque anno Isthmia acta esse Pindarus ipse testatur ταυροφόνῳ τριετηρίδι N VI 40, olympiadum secundo quoque et rursus quarto quoque anno, verno tempore post Grotium (hist of

*) [CIA II 545, 45. 551, 53, inscr delph 2075 Collitz; cf Aug Momm-
sen Delph 157—161.]

Greece IX 477) evicit Unger (Phil 37, 1877, 1—42); et verno tempore Bergk⁴ add corr p 483*) collegit e schol Pind N III 147 (p 110 Ab), unde appareret inter Megarensium ludos Pythios (sic recte cod V, προ[άγεται] omisso nomine *BD*, Διοκλεία voluit Bergk) et Epidauriorum Asclepieos incidisse Isthmia: τὰ Μεγαρικὰ (em Boeckh, Διοκλεία subaudiens ex pll 176, μέγαρο codd) δὲ Πύθια ἄγεται εὐθέως ἕαρος ἀρχουμένου.

Nemeaeum certamen primum actum esse ol 51, 4. 573 Eusebius (sec vers armen), ol 52, 1 Hieronymus auctor est (p 94—95 S). καὶ ἔστι τριετής (ἄγών) τελούμενος μηνὶ Πανέμῳ ὀκτωκαιδεκάτῃ (omnes ut videntur codd hyp Pind Nem § 4 p 11, 13 Ab, item § 5 p 13, 7 Ab *DV* cum recce [om *B*], ubi e deterioribus libris tres *TUZ* numerum ἰβ' exhibent, utroque loco ἰβ' ed Rom). Confirmare diem XVIII videtur schol Pind O VII 147 de Rhodiorum Ἀλιείοις dicens τελείται μηνὸς Γορπιαίου εἰκοστῇ τετάρτῃ ἡμέρᾳ, ἀπέχει δὲ τῶν Νεμέων ἡμέραις ἔξ. Panemus et Gorpiaeus menses quamquam quibus e fastis sumpti sint aut utrum ex iisdem necne certo sciri nequit**), tamen post Ungerī studia in his quæstionibus collocata***) aestivi fuisse merito creduntur. Idem, cum antea Νέμεια χειμερινά, quae a Paus II 15, 3, VI 16, 4 commemorantur, antiquitas acta et in priorem olympiadis partem incidisse putarentur, iam hiberna Nemea Hadriani demum temporibus instaurata esse plerisque persuasit. Notatu dignum populiscitum

*) Idem⁴ p 482 ex Pind I I 1—8 collegit Isthmia aliquanto ante Deliacum certamen nobilissimum i e ante Thargelionem mensem Atticum ineuntem acta esse (cf Car Robert Herm 21, 161, ap Lud Preller I 245/46 n 4 et Jahrb archaeol Instit V 224 n 11). Quid si carmen Deliacum, in quo condendo poeta occupatus erat, omnino nec Deli nec statis sacris, verum ἐν Κέῳ ἀμφιπότῳ (8), posteriore dumtaxat quam inter Ceos et Pindarum convenerat temporis puncto agebatur? καὶ ἕτερον col (ὦ Δῆλε) πάλιν τὸν ἐπίνικον (scil τὸν Δηλιακόν) ἀποδώσω schol 9, ut victoria a Ceis vel a Ceorum aliquo ex sacris Deliacis Anthesterione mense (id quod de Apolloniis quidem constat; cf Homolle BCH XIV 1890, 498) commissis reportata esse videatur. Sed ut erraverit schol 9 epiniciū dicens, cum paeānem Deliacum dici oporteret (sec schol inser p 255, 10 Ab): id constat nihil esse cur de carmine in Delii aut in Apolloniis aut denique in Delo insula agendo cogitemus. Nam quod (probante Bergkio⁴ p 482 n 1) schol 6 (p 358, 7—10 Ab) opinatur Isthmiaca civis Thebani victoria praeoccupatum poetam apud Ceos proludere paeānem Deliacum (Χαῖρ', ὦ θεοδμήτρα fr 87) satis habuisse, ut ἀρχολία v 2 sit iter Deliacum et εἶπον ὑπολλυρινός i q 'liceat ipsi mihi abesse a choro meo Delum accedente', id mihi quidem parum probabile videtur.

**) Boeckh kl Schrift V 193 ss, CIG II p 392, Schoemann Froll in Plut Ag Cleom 1839 p 38 ss, Bischoff Leipz Studd VII (1884) 373.

***) Phil 34 (1875/76) 50 ss, 37 (1877) 524, Sitzgsb Münch Ak 1879 II 164, Phil 46 (1887/88) 336.

Atticum CIA II 181, quo architheoro cuidam Nemeam proficiscenti qui videtur pecunia erogatur, Atheniensium patronus Cleonaeus, Lapyris nomine, publice collaudatur causa non addita, factum ol 114, 2 (323) mensis Hecatombaeonis die XI, ut eo quidem anno Nemea non multo post diem Hecat XI celebrata esse videantur. Id igitur nullo quod sciam exemplo refragante*) statuere licebit antiquiore aetate Nemea acta esse in primi et alterius, tum rursus in tertii et quarti olympiadis annorum confinio.

Bergk⁴ p 18 "Itaque apparet conciliorum panhellenicorum ordinem prudenter sic discriptum fuisse, ut singulis quadrienniis

[e gr 476]	olymp anno 1,	aestate vergente,	agerentur Olympia
[475]	2	ineunte [mens att Hecat]	Nemea I
[474]	2	vergente [mens att Munich]	Isthmia I
[474]	3,	aestate vergente,	Pythia
[473]	4	ineunte	Nemea II
[472 — 476]	4	vergente	Isthmia II."

Sollemnis certaminum panhellenicorum ordo: 'Ολύμπια Πύθια Ἴσθμια Νέμεα (IGA 350. 419. 420, IGIMA I Rhod 73^b) et a Pindaro ipso quam religiosissime observatus**) neque ab Aristophane primo carminum Pindaricorum editore relictus est, id quod ex tribus carminibus Nemeorum corpori subiunctis (ψῆλαι κεχωρισμένα schol Nem IX inscr) collegit Car Odofr Müller a 1840 (gr Litter-Gesch I² 399, 4 370 n) multisque Thomanae q v vitae codicibus***) confirmatur. Quem ordinem non casu, sed pro aetatis gradibus (776. 582. 581. 573) factum esse apparet.

Pro corollario his quaestionibus chronologicis locum ad hippodromi Olympici mensuras spectantem subiungamus, quem e codice Constantinopolitano (gynaec vet nr 1) nuper in lucem protraxit Hermann Schöne Jahrb archaeol Instit XII 1897, 150. Metrolo-

*) De Droyseni dubitationibus Herm XIV 1 ss vide Georgium Unger acriter disputantem Sitzgsb bayr Akad 1879 II 164 et Aug Mommsen ap Bursianum 1892^c 3.

**) Nemea ante Isthmia semel collocantur I VI in: ἐν Νεμέῃ μὲν πρῶτον —, ἄρον αὐτὴν Ἴσθμοῦ δευτέρῃ. Similia sunt fortasse Πύ. Νέ. Ἴσθ. (saec a Chr II) Inscr Rhod 78, Νέ. Πύ. (eiusd aet) Rhod 79, Νέ. Ἴσθ. Πύ. (saec p Chr II) Dittenberger Syll 237.

***) Ἴσθμιονίκας, Νευονίκας (vel -νίκαι, -νικαι) codd QUT" (Vindob philos gr 315) Θ Θ" (Brix A IV 13), Redig^c, Redig^d, Barocc^{es}, Νέμ. Ἴσθ. EG c interpoll; om Neu. V ut hypoth Isthm p 349, 5 Ab, qua de omissione Wilamowitz Eur Her¹ I 184.

gicis igitur Heronis tabulis ab Hultschio editis *Metrol Script I 184* addita in codice illo leguntur haec: ὁ ὀλυμπιακὸς <ἀγῶν add Schöne> ἔχει ἵπποδρόμιον ἔχον σταδίου ὀκτώ· καὶ τούτου ἢ μὲν (μία cod, em Heiberg litt ad me datis 1897) πλευρὰ ἔχει σταδίου τρεῖς καὶ πλέθρον ἕν, τὸ δὲ πλάτος πρὸς τὴν ἄφεσιν στάδιον ἕν καὶ πλέθρα τέτταρα, <ἴμοῦ, i e $\frac{5}{11}$, add Heiberg> πόδες τετρακισχίλιοι ὀκτακόσιοι (π , ΔΩ' cod). καὶ πρὸς τῷ ἡρίῳ τῷ λεγομένῳ ταραξίπῳ (Schöne, Ταραξίππου Crusius recte, πρὸς τῷ ῥωτικῷ λεγομένῳ παρεξ ἵππῳ cod) <κάμπτοντες add Heiberg> τρέχουσιν οἱ μὲν ἡλικιῶται <κέλητες add Schöne> πάντες κύκλους (scripsi, σταδίου cod) ἔξ, αἱ [τέλειαι exprunxit Schöne] συνωρίδες αἱ μὲν [ἡλικιῶται exprunxit] πωλικάι κύκλους τρεῖς, αἱ δὲ τέλειαι ὀκτώ, ἄρματα <τὰ add Schöne> μὲν πωλικά κύκλους ὀκτώ, τὰ δὲ τέλεια κύκλους δώδεκα. 'Hippodromium' igitur vel 'orbem' ipsum equorum cursum dicit, cuius medium quasi circuitum ingeniose ita describit, ut pro orbe illo elliptico non quadrangulum fingat animo ex duobus lateribus longis circi lateri alteri fere aequalibus et duobus transversis circi latitudine dimidio minoribus, sed triangulum ex lateribus illis longis et latitudine 'ad aphasin' satis facile illa emetienda. Itaque ἡ πλευρὰ bis scilicet illa in rationem inducenda (stadd $3\frac{1}{6} + 3\frac{1}{6}$) et τὸ πλάτος (stadd $1\frac{2}{3}$) in summa efficiunt stadia octo. Quem octo stadiorum orbem quoniam equis singularibus nullo aetatis discrimine facto (ἡλικιῶται) sexies, bigis equorum imperfectorum ter, perfectorum octies, quadrigis imperfectorum octies, perfectorum duodecies conversum esse partim aliunde iam constat (Pind O II 50, III 33, VI 75, P V 33, schol Pind O II 92, III 59, VI 124, P V 39), partim nunc primum certiores facti sumus, sequitur ut, si modo stadium 192, 27 metra esse recte statuit Wilh Dörpfeld, equos singulares fere 9, 3 kilom, bigas 4, 6 et 12, 3, quadrigas 12, 3 et 18, 5 kilom confecisse colligamus. Quae decursuum spatia ut apud nostros homines inaudita, ita non incredibilia esse Herm Schöne (159) ab artis peritis edoctus est.

IV

INDEX CARMINVM

Pindari carmina cum ab editoribus inscribi solerent Ὀλυμπιονίκαι, Πυθιονίκαι . . . , Bergk⁴ Ἐπίνικοι Ὀλυμπιονίκαις, Πυθιονίκαις . . . praeposuit: promiscue ἐπίνικοι (cum Pindaro ipso O

VIII 75) et ἐπινίκιοι (Pind N IV 78) usurpantur a grammaticis; sed est ἐπινίκιοι in vita Ambrosiana, tum in scholl Didymi N I 7, inscr N XI, denique Procl chrestom 246, 14 W; ἐπινίκια [Bacchyl II 13] quod idem Proclus praestat 243, 20 W (c Aesch Ag 174, inscr boeot saec III/II 503, 25 Collitz) in scholiis non inveni. Dativi Ὀλυμπιονίκαις, Πυθιονίκαις . . ., quos Callimacho deberi ex Herodn II 663, 18 L collegit Bergk ad Sim fr 5, codicum auctoritate non carent: πινδ. ἐπίν. ὀλυμπιονίκαις in inscr carmm Oll codd Ambrr (CFKN), πινδ. ἐπίν. νεμεονίκαις in subscr Nem D. Quamquam antiquitus iam altera eaque faciliior et laudandi (ἐκ τῶν Σιμωνίδου τεθρίππων schol Ar equ 405, Σ. ἐν πεντάθλοισ Bekk An I 377, 27, Πίνδ. ἐν Ὀλυμπιονίκαις, ἐν Πυθιονίκαις passim apud scholiastas Pindari, apud Herodianum, apud Athenaeum) et inscribendi ratio videtur percrebuisse: Ὀλυμπιονίκαι inscr carmm Oll E, subscr B, unde -νίκαις vita Thomana. Non sine elegantia igitur Olympionicas dixerunt pro carminibus in Olympionicas factis. Singularis numerus ubi occurrit, velut Πίνδ. Ὀλυμπιονίκη <ς' add Bergk> Antiatt Bekk An I 90, 23, utrum victor intellegendus sit (cill Πίνδ. Ἀγησιδάμω, Ἀριστοκλείδῃ) EM 685, 10. 818, 13, τέλος Ἀγησιδάμου, Ἐργοτέλου, Ξενοφώντος all in Pind codd) an carmen subaudiendum (cill Νεμεονίκης [ψδῆ] schol inscr N XI p 333, 1 Ab, Ὀλυμπιονίκαις ὕμνος, κῶμος ap Pind) incertum est. Denique ne quid omittam: tertiam formam habes ὑπόθεσις τῶν Ὀλυμπιονικῶν A, τέλος Πινδ. Ὀλυμπιονικῶν DG (ut Πυθιονικός ὕμνων θεσaurus, Πυθιονικός τιμὰ apud Pindarum); quartam: Ὀλύμπια A, ἀρχὴ Πυθίων D, ὑπόθεσις, τέλος Πυθίων B, quam quidem formam semper pluralem numerum prae se ferre non est quod mirere.

Carminum tituli saepius in codicibus omissi sunt spatio vacuo interiecto videlicet ut post confectam carminum scriptionem minio adderentur, quod oblitum sunt librarii velut in cod D ad P X. XI XII. Olympiorum primique carminis inscriptiones una cum primis multorum codicum foliis interierunt.

OLYMPIA

O I Ἰέρωνι Συρακουσίω κέλητι CEQV (Συρακουσίω edd post Boeckhium). — νικήσαντι ἴππῳ κέλητι τὴν οἴ' ὀλ. ἢ ὡς ἐνιοι ἄρματι AE, om C. ὁ δὲ αὐτὸς νικᾷ (καὶ τὴν) οἴ' ὀλ. κέλητι, τὴν δὲ οἴ' ὀλ. τεθρίππῳ AE, ἐν ἣ ὀλ. ἐτελεύτα AFK. συνέβη δὲ αὐτὸν νικήσαντα καὶ τὴν οἴ' ὀλ.

ἐν ταύτῃ τελευτήσῃ *EHQV*. Unam victoriam Olympiae curru, duas equo ab Hierone partas cum testetur epigr ap Paus VIII 42, 9 (nr 126* Preger), curulem vero ol 73 a Gelone reportatam esse constat, plerique verba ἢ ὡς ἔνιοι ἄρματι ex confusis Gelonis et Hieronis victoriis nata esse coniecerunt, Bergk scribi iussit ἢ ὡς ἔνιοι <τὴν οὖ', τὴν δὲ οἱ> ἄρματι. Sed Hieronem Syracusanum priusquam Aetnam urbem condidisset Olympiae vicisse Didymus testis est ad gravissimum auctorem provocans Apollodorum (schol 33), τότε γὰρ ἦν Συρακούσιος καὶ οὐδὲ ἦν Αἰτναῖος, nimirum ut ne posset quidem Aetnaeus renuntiarī (Boeckh expll p 102, Ed Lübbert ind Bonn 1886 p VI). Unde olympiadis numerum ΟΓ ex OF natum esse suo iure suspicatus est Bergk, ut huic potius quam alteri victoriae carmen adscriberetur. Ac Pherenicum equum Delphis victorem (Ἀλφειὸν παρ' εὐρυδίαν . . . Πυθῶνι τ' ἐν ἀγαθέα Bacch V 38. 41) annis a C 482 et 478 (infra ad inscr P III) etiam aetatis anno XIII ne quid dicam gravius (472, ol 77) ἀκέντητον superavisse cursu competitores parum credibile videtur (cf etiam Fennellium ad O I 18 et P III, Kenyonem edit Bacchyl p 37). Nec contemnendum nobis videtur quod observavit Hermann (opp VI 67) verba εἰ δ' ἀριστεύει μὲν ὕδωρ (O III 42) post Ἄριστον μὲν ὕδωρ animo concepta esse, ut si recte illa ante ol 76, 4 cantata esse statuit Bergk (v infra ad inscr O II), haec ol 77 adscribere non liceat. Celeberrimis igitur illis

476 anni 476 Olympiis post barbaros propulsatos et post novum regnum Syracusis instauratum primis si non Hieronem regem (cf historiolum a Theophrasto ap Plut Them 25 traditam), at Pindarum certe interfuisse veri simillimum est (v ad inscr O XIV), ut Pherenicum Olympiae decurrentem oculis videre (O I 18 ss) poeta facile posset. Tum carmen in Sicilia praesente poeta actum esse e vv 10 ss recte colligitur.

O II Θῆρωνι Ἀκραγαντίνῳ ἄρματι (inscr) et νενικηκότι (νικήσαντι) τὴν οὖ' (numerum om A) ὄλ. (scholl) libri omnes. Quem numerum falsum esse docent scholl Ambr 168: λέγεται (λέγει? scil ὁ Πίνδ. Drachmann) τὴν (Boeckh, τὸν cod) Ἀκράγαντα πεντηκοστῇ ὄλ. ἐκτίσθαι (Gerhard, ἐκτίθεσθαι cod): ἐκεῖθεν δὲ ἄχρι τῆς Θῆρωνος νίκης ἕτη εἶναι ἑκατόν, ἐν ὀλυμπιάσιν (? Christoph Schneider, ἐν ὀλυμ-

- 476 πιάδ cod) κε'· γίνονται δὲ πρὸς ταῖς ν' ὀλυμπιάδων οε'.
 476 ἐνίκα οὖν ος' (Gerhard, ις' A)· κέχρηται οὖν (δὲ Boeckh)
 τῷ ἀπηρτικμένῳ ἀριθμῷ εἰπὼν ρ', cll scholl *CDEV* 166:
 Ἄκράγας πεντηκοστῇ ὀλ. ἐκτίσθη, ὁ δὲ Θήρων ος' (sed
 ft corr ex οζ' teste Drachmanno) Q (≡ altero numero om
CEV, οζ' [om ἐνίκησεν] *D* solus) ἐνίκησεν· γίνεται οὖν
 τὰ μεταξὺ ἀπὸ τῆς κτίσεως ἕως τῆς Θήρωνος νίκης ρδ'
 580—476 ἔτη· ὁ δὲ Π. τῷ ἀπηρτικμένῳ ἀριθμῷ ἐχρήσατο. Bergk
 = 104 utroque loco <οὐ> τῷ ἀπηρτικμένῳ maluit; cf ἀπηρτικμέ-
 νον· τέλειον Hesych. Notatu dignum videtur librarios
 plerosque numerum ζ' ignorantes aut omisisse aut futilli
 coniectura obliterasse.
- O III Τῷ αὐτῷ, εἰς θεοξένια *BDEV* (εἰς om, ἄρματι add *AC*).
 Utrum prius cantatum sit, O II an III, incertum: III tem-
 pore antecessisse censuit Bergk cum Boeckhio, mihi secus
 videtur (studd P 6).
- O IV. V Ψαύμιδι Καμαριναίῳ ἄρματι A (ἵπποις alii). — ἵπποις
 νίκησαντι, τὴν πβ' ὀλ. τεθρίππῳ, παιδί Ἄκρωνος (Ἄβρ.)
BDEV. ὁ Ψαύμις ἐνίκησε τὴν πβ' ὀλ. τεθρίππῳ *AC*.
 Τῷ αὐτῷ, ἀπήνη καὶ κέλητι καὶ τεθρίππῳ *AC*, ἀπήνη
 (καὶ) κέλητι vulgo; scholl: τεθρίππῳ καὶ ἀπήνη καὶ κέλητι
 νενικηκότε τὴν πβ' ὀλ. (eundem numerum schol Ambr
 V 19, πε' *CHQV*; cf ad O VI). Carmina ipsa nullam nisi
 mularem victoriam testantur (IV 11—12, V 3), cuius de
 tempore sicut in O VI nihil notum. Sed cum Camarina
 urbs (νέοικος ἔδρα V 8) restituta sit ol 79, 4 (Diod XI 76),
 curulis vero Psaumidis victoria annuente tandem deo λοι-
 παῖς εὐχαῖς parta ol 82, relinquuntur 80 et 81, e qui-
 456? bus posteriore si praeoptaveris cum viro docto schol
 Ambr V 19, Boeckhii dubitationes (expll 141—42) uno
 quasi ictu praecidi videbis. Est autem IV continuo post
 victoriam renuntiatum (αὐτίκα 4) Olympiae compositum.
 De carmine V celeberrimum est scholion: αὕτη ἡ ψῶδη· ἐν
 μὲν τοῖς ἐδαφίοις οὐκ ἦν, ἐν δὲ τοῖς Διδύμου ὑπομνή-
 μασιν ἐλέγετο Πινδάρου, ultima verba aliter paullo le-
 guntur in optimo cod Ambr: ἐν δὲ τ. Δ. ὑπομν. ἐλέγετο
 περὶ αὐτῆς τάδε· γέγραπται Ψαύμιδι τεθρ. κτλ, unde non
 eam inter vet gramm dissensionem fuisse dixerit quispiam,
 utrum Pindari carmen esset necne, sed utrum in epiniciis,
 an v c in prosodiis numerandum esse videretur, ut ἐδα-
 φίοις non omnium, sed epiniciorum carminum quasi in-

cunabula significantur. Id constat et Aristarchum et Didymum carmen commentatos esse ut vere Pindaricum (scholl 1. 20. 54). Carmen tamen ipsum non id est quod ab omni suspitione facile se exsolvat: abiudicavit a Pindaro Ern de Leutsch Philol I 1846, 116, tutabatur Godofr Hermannus 1847 opp VIII 99. 'Metrum plane est eximium quamquam a ceteris Pindari carminibus mirum quantum distans' Boeckh n cr 372.

O VI Ἀγῆνια Συρακούσιω (Συρακοσίω edd post Boeckhium) ἀπήνη. — ὡς δὲ ἔνιοι Στυμφηλίω *BD*, Σταμφυλίω *C*; οἱ μὲν Συρακούσιον, οἱ δὲ Πάμφυλον *A*. ὁ δὲ χρόνος τῆς ψδῆς ὁ (Drachmann, οἱ cod) πρὸ τῆς καταλύσεως τοῦ τῆς ἀπήνης ἀγωνίσματος· κατελύθη δὲ περὶ τὴν πε' Ὀλυμπιάδα. ἄπορον δὲ τὴν πόστην ὄλ. ἐνίκησεν *A*. Quod νικήσαντι τὴν πε' ὄλ. inscriptioni addit *F*, eadem ratione explicandum, qua quod Psaumidis victoriam (O V) ei anno adscribunt *CV*. Eundem abolitae rhedae mularis annum (πε') codex Ambrosianus praestat ad O V 6 (cum plerisque) et 19 (solus), cum ad inscr O V Polemone auctore usus καταλυθῆναι . . . κατὰ τὴν οδ' ὄλ. καὶ εἶναι ἰγ' νίκας tradat; unde recte opinor Boeckh κατὰ τὴν πδ' ὄλ. coniecit cll Paus V 9, 1 (Boeckh ad schol p 118, 1 et 119, 2). Numerum πε' equidem non librario male legenti, sed chronographis aboliti certaminis annum cum anno non iam celebrati confundentibus deberi suspicor. Corruptum quidem antiquitus numerum testantur variae codicum optimorum lectiones: ὡς τινὲς φασιν ὀγδοηκοστῆ ἕκτη *B* ad inscr O VI, πῆ *E*, πέ' et πς' *V*, πε' et ὀγδοηκοστῆ ὀγδὴ *C* ibidem; denique διελύθη περὶ τὴν ὀγδοηκοστὴν ἐνάτην *B*, πέ' *CDEGQ* schol O V 6 (ubi δυοκαιπεντηκονταετής pro δεκαετής Bergk⁴ p 76). Sed carmen compositum Hierone regnante (v 93), ut cum ex oll 77 et 78 altera utra eligenda sit — nam de 76 ne eis quidem cogitare licet, qui Pindarum ol 77 demum Syracusas accessisse putant —, equidem verba quibus poeta de Hierone recordatur (vv 92 ss) ol 77 post victoriam Olympiae iterum equo partam, quam 78 post curulem exoptatissimam 472? (O I 109. 110), aptius cantari arbitratus in 77 cum Bergkio consistendum esse censeam.

O VII Διαγόρα Ῥοδίω πύκτη (ὠψὲ Δαμαγήτου ex carm v 17 add *A*). — νικήσαντι τὴν οθ' ὄλ. (*ABQV*, οζ' *DOP*, εθ'

N, nulla temporis nota in *CE*). Tenendum igitur Diagoram vicisse ol 79.*)

- O VIII Ἀλκιμέδοντι (Αἰγινήτη) παιδὶ παλαιστῆ. — νικήσαντι τὴν π' ὀλ. *BCD V*; inscriptioni plerique et fratris et magistri 460 nomen addunt. Carmen igitur adscribendum anno 460. Actum esse non Aeginae, sed Olympiae propter exordium censuit Boeckh, quem secuti sunt cum multi, tum Bergk¹. Primus oblocutus est Hartung propter τάνδε 25 et δεῦρο 51, recte nisi quod Nemeaeum carmen esse putabat (v quae ad v 16 adnotavimus). Tum mutata sententia Bergk (proll⁴ p 5) 'Aeginae, non Olympiae cantatum', absurdam ad carminis v 9 grammaticorum veterum interpretationem amplexus, ἴν' ἧ πρὸς τὸν Δία λέγων. Illud magnopere exercuit viros doctos, quo pacto chorus per Aeginam incedens Olympiam non solum invocare, verum etiam ut pompam acciperet orare potuerit. At nympham Olympiam neque sollemni religione cultam nec fabularum vetustate nobilitatam, sed poetae ingenio quasi creatam veri similis mihi videtur eminus invocari, ut pro victoria Olympica gratiam sibi referri carminisque prooemium (P VIII 1, P VII 2) se fieri sinat, quam ad Alpheum ipsum in tanta praesentium deorum dearumque frequentia ac nobilitate. Aram quidem Olympiae (sive Pisae) nympphae propriam, quo pompa coronaeque gestatio dirigeretur, neque apud Aeginetas existitisse probabile est neque apud Eleos (nisi forte Piithyiae cognomine Olympiae, Paus VI 20, 2). Nuper pompam Olympicam cll praesertim vv 69 ss explosit Drachmann Pindar-fortolkning Kjøbenh 1891, 175.
- O IX Ἐφαρμόστῳ Ὀπουντίῳ παλαιστῆ. Schol 17: ἐνίκησε δὲ ὁ Ἐφ. καὶ Ὀλύμπια ὡς προείπον (Didymus, cf schol O II 70. 82) καὶ Πύθια· (gravius etiam distinguit [-] V) οἱ γ' ὀλυμπιάδι (*BDE V*, om *C*), et infra καὶ γὰρ Πύθια ἐνίκησεν ὁ Ἐφ. τῆ τριακοστῆ πυθιάδι (vulgo, λγ' *A*, om *C*). De olympiadis numero πα' in *F^{mb}* inscriptioni addito cf ad inscr O VII. Carmen destinatum epulis Aiaci Locrensi-um heroi 'tamquam deo' celebrandis (v 112 cl O VII 79) propter duas potissimum Epharmosti victorias, alteram

*) Numeros *F^b* traditos morari desii, ex quo per Drachmannum comperi ad O VII adnotari ὀλ. πη' (ex ση'), O VIII π', O IX πα', O X πβ', O XII πγ' ex οη, O XIII πθ' ex οθ', O XIV ὀδοηκ. ex ἐβδομηκ.

Olympicam, alteram Pythicam, quarum utra prior sit, e carmine ipso, etsi olympicum decus tamquam recentius laeto quodam cum vigore renuntiari videtur, aperte tamen non elucet; id quidem probabile intervallo non ita magno illas victorias diiunctas fuisse. Quodsi scholia olympicam adscribunt ol 73 (488), pythicam pyth 30 (466) — nam pyth 33 (454) sola cod *A* auctoritate nixus Locrensi-um post pugnam Oenophytensem condicione in rationem quasi inducta haud facile quisquam amplectetur —, alterum utrum numerum corruptum iudicare necesse est, ut aut $\delta\lambda.$ $\omicron\eta'$ (468) vel $\omicron\theta'$ (464) restituenda, aut in pythiadis numero duae litterae novandae esse videantur. Atque Hermannus quidem (ap Heynium 1817) pythicam Epharmosti victoriam ol 78, 3 (= pyth 30 sec scholiorum rationes) adscribere, olympicam in medio relinquere placuit. Boeckh in utroque scholio τριακοστῆ τρίτῃ πυθιάδι scribere maluit, quem secutus est Bergk, nisi quod ille pythicam (ol 80, 3 : 81, 1), hic falso videlicet codicis *F^{mb}* numero deceptus olympicam victoriam priorem esse (ol 81, 1 : 81, 3) existimabat. De metrica carminis ratione a primae aetatis carminibus abhorrente disseruit Ern Graf (Pind logaoed Strophen Marburg 1892, 30). Tu igitur finge Aiaci supplicationem decerni post victorias pyth 30

464 (ol 78, 3) et olympiade insequenti (ol 79, 1) partas.

